vī⁹ lux corpoz celestiū ⁊ elemētoz augebitur. Et uī q. nō. qa corpa celestia nō tātū agūt hic iferi⁹ p motū. sz etiā p lucē. sz p⁹ iudiciū hec inferioza āpli⁹ nō trāsmutabūtur. g⁰ supfluū esset augmētū lucis eoꝝm. ¶Itē etsi rei carēti luce possit ꝺari lux. nihil tñ est ꝺictū q. eius lux augeat. sz terra luce caret. g⁰ nihil ē ꝺictū q. ei⁹ lux augebit ¶Itē lux nō est necessaria in ista machina mūdiali nisi pp hoīs vsū. sed post iudiciū lux ista mūdialis non veniet in hominū vsū. qō ꝺe ꝺānatis planū est. quia in inferno sūt. ⁊ erunt ppetuo tenebre. vñ Job .io. ꝺr terra miserie ⁊ tenebraz. Et ꝺ beatis. apoca. 22⁰ ꝺr q. nō egebūt luīe lucerne. neq; luīe solis. qñ ꝺns ꝺeus illumīabit eos. g⁰ supfluū esset lucis augmētū in corporib⁹ celestib⁹ ⁊ elemētaribus ¶Cōtra Isa. 30. Erit lux lune sicut lux solis. ⁊ lux solis septempl⁹. sed corpoza celestia post iudiciū imittent lucem suaz in hec inferioza. g⁰ hec inferioza āplius q̄z mō illuminabunt. ¶Itē p̄z phm. 8. phisi. Mō est minoz mūꝺ⁹. ꝺz ergo conformari sibi in inouatōe aliq⁰ modo maioz mūdus. sed homo tūc ampliori luīe fulgebit. g⁰ ⁊ toti⁹ mūdialis machine lux augebit. ¶R⁰ q. lux non tantuz est in corporibus mūdi ppter vsuz necessitatis corpalis. sed etiam ppter vsum vtilitatis spūalis ad hñdaz ꝺelectationē in spe creature. ⁊ ad cōtēplādū ꝺeuz in lucis effectu. post iudiciū non erit lux utilis ad supplēdū indigentiā alicui⁹ rei necessarie corporib⁹ electoꝝ. sed erit utilis ppt 2⁹ cāz. Electi ēim cum hoc q. ꝺeum in se cōtemplabūt simul cōtēplabūt cum oculo mentis in effectibus suis tā spūalibus q̄z corporalibus ⁊ īcorpalib⁹ ꝺelectabit oculus corpoalis. ⁊ ideo conueniens erit q. cū innouabit homo. lux etiam in corpibus celestibus augeat. ⁊ ex cōsequēti elemēta abūꝺantius illuminēt q̄z modo. qa a corporibus recipient āplioꝝ luminis influē iam. ¶Utz aūt ꝑter illam claritatē quā a corporibus celestib⁹ recipiēt lux eis impzimat alia incertū est. tñ nullū est inconueniēs. si concedatur q. sic. ⁊ tūc sicut anime electorum per lumen glozie aliquo modo angelis conformāt manēte ꝺra in eēntia ⁊ ppetatib⁹ natalib⁹. sic corpoza inferioza p suā illustratione aliq̄lit corpib⁹ celestib⁹ cōformabūt salua ꝺra in eēntia ⁊ ppetatib⁹ naturalib⁹. tñ terra nō illuminabit nisi in sui supficie. si ēim in sui ꝓfundo illuminaret. impij lumē illud viderēt. qua visiōe fūt inꝺigni. ¶Ad p⁹ in opp⁹ pz solutio ex ꝺctis in qōe. qō etiā ꝺr corpoza celestia hic inferius agere p lucē intelligēdū est q. agāt p lucē. in virtute tñ sue forme substantialis. alit cū oēs stelle recipiāt lumē a sole calefacerent ⁊ exicarēt. qō falsū est. In actōne aūt illuminādi que rōne lucis p se eis conuenit cōicant eo modo quo cōicant in lucē. ¶Ad 2⁹ ꝺō. q. minoz est falsa. sicut ēim nulla substātia spūalis est totaliter expers lucis. sic nullū corpus est totaliter expers lucis. eo enim ipso quo oēs creature sunt effect⁹ sūme lucis aliquo modo p⁹ ⁊ min⁹ lucē pticipant. q̄ruis in aliq̄bus corpibus lateat lux eoꝝ. vñ sola ꝓuatio ē pure tenebra. vñ male ꝺixerūt ꝺicētes nigerrimū colorē eē p oēz carētiā lucis. ¶Ad 3⁹ pz solutio ex ꝺictis in qōe.

Sexto queritur

vī⁹ bruta ⁊ vegetabilia ꝺestruētur. Et uī

q̄ nō. qa animalia sunt ad ornatum elemē torū. ergo quando elementa meliorabunt animalia non destruentur. quia tunc non debet ab eis auferri ornatus eor̄. ℣ Item sicut elementa seruiunt homini. ita uegetabilia ⁊ animalia bruta. ergo sicut in mundi inouatōe nobilitabūt elemēta. ita ⁊ uegetabilia nobilitabūt ⁊ aialia bruta. ℣ Ite uegetabilia ⁊ bruta nobiliora sunt elemētis. quia elemēta ordināt ad mixtū. mixtus ad uegetatiuū. uegetatiuū ad sensitiuū. ergo multo magis uidētur esse de pfectōe uniuersi q̄s elementa. ⁊ ex cōsequēti magis q̄s elemēta remanere debebūt. ℣ Item mūdus corporalis post iudiciū non erit necessarius nisi ad hoc ut beati in ipso deum cōtēplādo delectētur. ⁊ inde amplius assurgāt in laudem diuinā. sed expressius refulget diuina bonitas in aialib⁹ ⁊ plantis q̄s in elementis. quia ꝑm Aug. ii° de ci. c. 16°. Ordine nature ꝓponūt non uiuētib⁹ uiuētia ⁊ sentientia non sentiētib⁹. ergo multo magis debebunt remanere bruta ⁊ uegetabilia q̄s elemēta. ℣ Cōtra cessante fine cessare debet id quod est ad finem. sed finis uegetabiliū ⁊ brutor̄ est corruptibilis hominis status. cum ergo in mundi inouatione cessabit corruptibilis hominis status aialia ⁊ plante non remanebunt. ℣ Item omne uiuēs corruptibili uita morietur. sed nihil est ordinatū ad resurgendū quod secūdū se totum moritur. huiusmōi autem sunt uegetabilia ⁊ bruta. ergo ita morient q̄ nō resurgent. ℣ R° creaturarū quedam sunt incorruptibiles ꝑm se totas ut angeli boni ⁊ mali ⁊ corpora celestia. quedam corruptibiles ꝑm se totas. ut mineralia uegetabilia ⁊ bruta. quedā sunt corruptibiles ꝑ3 ptem minus ꝓncipalem. ⁊ incorruptibiles ꝑm ptem magis ꝓncipalem. ut homines q̄ sunt corruptibiles ꝑm corpus. ⁊ incorruptibiles ꝑm aīam. quedaz sunt corruptibiles in ptibus. ⁊ incorruptibiles in toto. nō quin eor̄ natura tota ex pte sua corruptibilis sit. sed quia ꝓpter ordinem mūdi nō adest corrūpens. ⁊ tales creature sunt elementa. statui incorruptibili nō conueniunt ea que ꝑm se tota corruptibilia sunt ex sui natura. ⁊ ꝑm ordinem mundi. ⁊ ideo talia non remanebunt. cuiusmodi sunt minera/lia uegetabilia ⁊ bruta. Omnes autez alie creature remanebunt. ⁊ que in ptes sūt corruptibiles ꝑm se totas incorruptibiles effi cientur. ℣ Ad p⁹ in opp⁹ dō q̄ aialia non sunt ad ornatum elemētorū. nisi ꝑm corruptibilem mundi statum. unde in pte aeris nobiliori nō est aliquis ornatus animaliuz. nec etiam in igne. quia non sunt taz ꝓpter ornatum q̄s ꝓpter corruptibilis hominis status necessitatē. ℣ Ad 2⁹ dicēdū q̄ q̄uis bruta aialia ⁊ plante seruiāt homini sicut elemēta. non tamē tantam habent aptitudinē ad statū incorruptibilitatis. sicut elementa. quia sunt corruptibilia ꝑm se tota. ℣ Ad 3⁹ dicēdū q̄ q̄uis uegetabilia ⁊ bruta sint nobiliora simpliciter q̄s elemēta. nō tamen quo ad cōditionē durabilitatis. uegetabilia enim ⁊ animalia inter se habent cām corruptionis sue. nec celo quiescente possent ꝓpetuari in esse. nec eadem in numero. nec eadem in specie. nisi per miraculum. non est autē congrua ratio quare de⁹ ea per miraculū ꝓpetuaret in esse. ℣ Ad 4⁹ dicēdum q̄ quicquid est pfectionis in uegetabilibus ⁊ brutis perfectius est in homine. quia ⁊ pfectius uiuit q̄s uegetabilia. ⁊ sentit q̄s bruta. unde quicquid in uegetabilibus ⁊ brutis est occasio cōtēplādi deū in effectibus suis perfectius reperit⁹ in homine. unde non oportet hac de cā uegetabilia ⁊ bruta in ꝓpetuū remanere.

Septimo queritur utr mūdo inouato ⁊ facta distinctione bonor̄ ⁊ malor̄ deus posset aliquid addere ad bonitatē uniuersi. Et uī q̄ nō. quia illud nō est perfectuz cuius perfectioni aliqd addi potest. sed uniuersum tunc erit perfectum. ergo sue perfectioni nulla poterit bonitas addi. ℣ Item ꝑm Dio. 5° c° de di. no. creature ꝓcedunt a deo. sicut numerus ab unitate. sed est aliquis numerus. s. binarius inter quem ⁊ unitatem nullus potest esse numerus medius. ergo simili est aliqua creatura inter quam ⁊ deū nulla poterit esse alia media. sed nihil in creatis nobilius est uniuerso. cum cōprehēdat omnes creaturas. ergo inter uniuersum inouatū ⁊ ipsuz deum nulla poterit esse media creatura. ℣ Itez si deus tunc posset addere ad boni/

tatē vniuersi. ⁊ nō adderē inuidus essz. qō
falsū est. ✍ Cōtra deus possz oēs dānatos
ānihilare. ⁊ creare tot angelos sāctos. sed
si hoc faceret melius essz vniuersū. qa plꝰ
essz in vniuerso de bono. ⁊ nihil de malo.
gꝰ post īnouationē mūdi adhuc deꝰ possz
addere ad bonitatē vniuersi. ✍ Item omni
effectu nō equante potētiam agētis agens
possz facere nobiliorē. sed vniuersuz etiam
īnouatū non equabit potētiā dei. ergꝰ deus
possz facere aliud vniuersū nobilius illo.
ergo plus possz de bonitate facere q̄ erit
in hoc vniuerso īnouato. ✍ Rꝰ q⁹ deū ali-
quid posse addere ad bonitatē vniuersi pꝰ
eius īnouationē tripl'r pōt intelligi. aut ō
illo eodē vniuerso in numero. aut de alio.
aut ptim ō alio. aut ptim de eodē. Primo
modo dico q⁹ si noīe vniuersi accipiat'. seu
includat' vniuersitas omniū creaturaꝝ. tā
substātiaꝝ q̄z accītiū absolutoꝝ q̄z relati-
onū. sic deū posse addere ad bonitatē vni-
uersi ꝯdictionē includit. qa illa bonitas su
paddita. aut essz substātia. aut accīs. ⁊ tūc
vniuersitas creaturaꝝ cōsiderata añ addi
tionē bonitatis illius ad vniuersitatē crea
turaꝝ includētē illam supadditā bonitatē
se hr̄et sicut ps ad totū. totū aūt ⁊ ps q̄-
uis ñ sint penitꝰ diuersa numero. nō tamē
sūt penitꝰ idē. sz ptim idē. ptim diuersa fm
q⁹ trahi pōt ex sīa phī pꝰ phisi. Si autez
noīe vniuersi intelligat' vniuersitas substā
tiaꝝ tm̄. sic dico q⁹ illꝰ idē vniuersū in nu
mero qō tūc erit etiā meliorari nō possz.
qa finis eius meliorari nō poterit. Ille. n.
finis deꝰ est. nec vniuersitas omniū aliarū
subāꝝ cōiūctim possz melius ordinari ad
suū finē q̄z tūc erit ordinata. Ille etiā sub-
stātie omnibus pēsatis nō possent esse me
lius ordinate inter se p cōpationē ad suuz
totū. qō est vniuersū. nō possz etiā melio-
rari p meliorationē aliquaꝝ creaturaꝝ fm
se alijs nō melioratis nec peioratis. qa q̄-
uis ps creaturaꝝ essz meliorata fm se. ex
hoc tamē vniuersū nō essz melꝰ. qa p hoc
nō meliorar̄et ꝓportio ptium inter se. ⁊ or
do que maxime attēdit in bonitatem vni-
uersi. sicut si in psalterio chorda sonās ob-
scure fieret ita clare sonans sicut illa que
sonat clarius. ⁊ sicut si luna fieret ita bona
sicut sol sole nō meliorato. psalterium essz
peius. ⁊ mūdus peior nec posset meliorari
p meliorationem. siue substātialē. siue acci
dētalē omniū substātiaꝝ. quia substātia na
ture humane xp̄i meliorari non potest. nec
actualit'. nec substātialit'. Beata etiā virgo
meliorari nō pōt. ⁊ si omnes alie substātie
meliorar̄et substātialit' vniuersum non re-
maneret idem penitus in numero. ⁊ si me-
liorar̄et accidētalit' adhuc vniuersum om
nibus pēsatis non meliorar̄et. quia tūc nō
essz bonitas in creaturis quā regrit opti-
mus vniuersi ordo per cōpationē ad iusti
tie ⁊ sapiētie ⁊ misericordie diuine manife
stationē. qui ordo maxime attēdit in boni
tate vniuersi. Si aūt q̄stio intelligat' de a-
lio vniuerso in numero. tunc dico q⁹ deus
possz facer̄ aliud vniuersū melius isto etiā
post sui īnouationē. q̄uis enim deus aliq̄z
creaturam possit facere ita bonam q⁹ illa
eadem in numero non posset fieri melior.
nec etiam eadem in spe. sicut pz in huma-
na natura xp̄i que sūmū tenet in spe hūa-
ne nature. ⁊ cui supaddi non potest aliqd
ō bonitate. siue substātiali. siue accidētali.
tamē oēm aliam creaturam posset deꝰ fa-
cere meliorem sine fine in alia spe sine alio
genere. deus enim posset facere oēm boni
tatem creatam que rōni creature nō repu-
gnat. sed q̄tacūq; bonitas finita rōni crea
ture non repugnat. quia q̄tacūq; esset vi
staret adhuc ab increata bonitate in infi-
nitum. ✍ Si autem q̄stio intelligat' de vni-
uerso. ptim eodem. ptim diuerso. sic dicūt
quidam q⁹ posset addere ad bonitatez. nō
tm̄ materialem. sed etiaz formalē vniuersi.
etiam post sui īnouationē. quia possz ō no
uo creare multa milia sanctoꝝ angeloꝝ q⁹
bus creatis vniuersitas ex illis ⁊ alijs cre
aturis p̄exītibus constituta melior essz. ñ
tm̄ materialit'. sed etiā formalit'. i. q̄tuz ad
ptium ordinem ad finem. ⁊ inter se q̄z erit
vniuersitas post sui īnouationem sine illis.
✍ Aliq tī de cōe se breuit' expedientes di-
cunt q⁹ tanta erit bonitas creata post uni
uersi īnouationē q⁹ nullo modo creatura.
siue eadem numero. siue diuersa plꝰ possz
de bonitate capere q̄z tunc erit. vnde tunc
erit tota bonitas quā possibile est creari.
vnde q̄uis inter ipsum vniuersū īnouatū.
⁊ deū erūt infiniti gradus. nō erūt tamen

possibiles pticipari. ad p^m i opp^m vō q^d pcedit ō eodē vniuerso in nūero. ad 2^m vō q^d aliquo ē simile ⁊ mlto magis dissimile. In hoc.n.est simile q^d sicut vnitas simplicior ē nūeris pgredientib^9 ab ea. ⁊ q^d oēs pticipāt vnitatē. dicim^9.n. q^d binari^9 ē un^9 nūerus. trinari^9 est vn^9 nūer^9. ⁊ sic ō alijs. nec duo nūeri eqlit^r sunt vnitati ppinq. sic de^9 simplicior est oīb^9 creaturis. ⁊ quelibz creatura aliqd pticipat de bonitate diuia nec sūt due spēs p naturā eqlit^r sibi ppinque. i mlt^is tñ est dissimilitudo. qa ab vnitate nō pcedit. nisi vnus nūerus imediate .s. binari^9 ⁊ sequēs nūerus pcedit ab vnitate mediāte binario. ⁊ sic deinceps. binarius etiā est ita ppinquus vnitati q^d non pōt nūerus ei ppinqor esse. sz oēs angeli ⁊ tota machina mūdialis. ⁊ oēs aīe rōnales sūt a deo imediate tm. nec ē aliq creatura ita deo ppinq qua de^9 ñ possz facere aliā sibi ppinqorē saltē loquēdo de ppinqtate que cōsiderat in creaturis p suā naturaz. vñ etsi hūana nat̄a xp̄i nō possz deus facere aliā sibi ppinqorē q̄stū ad modū exñdi quē hz in diuio supposito. possz tñ facere i alia spe. uel in alio gñe creaturā nobiliorīs entie cui maiorē possz dare grām singlāris psone q̄z possz capere aīa xp̄i. si ñ esset psone diuine vnita ut suppositō. ad 3^m vō q^d in factōne bonitatis create attendit bōitas p cōpationē ⁊ uolūtatem diuinam. vñ nō ió de^9 voluit creare mūdū. qa bonū erat mūdū creari. sz ió bonū fuit mundum creari. qa deus uoluit ipm creare. ⁊ ió eo ipso post mūdi inouatōez deus non uolet addere ad bonitatē creatā. bonuz erit q^d ñ addat. ad p^m arg^m ad ptem aliā pcedit de vniuerso qō essz ptim idē. ptim diuersum cū isto vniuerso inouato. Uel pōt dici q^d si hoc facto mundus esset melior mal̄ialit^r. ñ tñ essz formalit^r melior. qa nō esset ita cōueniēs ⁊ pulcher ordo in vniuerso sicut erit. ad 2^m pcedit de vniuerso qō essz aliud i numero ab isto.

Circa litteraz. in humanitate suscepit illud quod est causa nostre resurrectionis. i. passionē ⁊ resurrectionem. quod sic est intelligenduz ut eius passio est causa meritoria nostre resurrectionis spūalis. ⁊ in futuro nostre resurrectionis gloriose. sua autem resurrectio p̄dicte duplicis resurrectōis fuit causa exemplaris per verbum factū in carne filij hominis sit corpoz resurrectio. huius expositio p3 per expositionē verbi predicti. angeli deferet ante eum signū crucis. dicunt aliqui q^d non erit lignuz crucis in quo crucifixus est xp̄s. sed quoddā signū illi^9 crucis repsētatiū. Ego aūt credo q^d illa eadē crux in numero in qua crucifixus est portabit^r ad iudiciū ministerio fāctoz āgeloz. qui enim corpora humana redacta in pulueres eadem in numero restaurabit illam eādem crucem in numero poterit restaurare. ⁊ multo rōnabilius est q^d ipsamet ad iudicium portetur q̄z aliud signū pro ea. ex hoc enim electis erit maior honor. ⁊ erit expressior materia assurgendi in laudē Jesu christi. ⁊ erit reprobis maior confusio. nec uideo incōueniens si ppter rōnes predictas ponatur q^d per diuinā potētiā imperpetuū conseruet^r. ne impij in tormentis positi sub terra fruant^r luce eoz. Potest dici ut uolūt aliqui q^d i alio hemisperio ē aliquis terre hiatus per quem demanaret^r solare lumen ad impios si modo solito circulariter moueret^r. sed hoc nihil est. quia post iudiciū terra erit vndiq3 clausa. aliter enim si esset in aliqua pte eius hiatus usq3 ad īfernum lumen stellaz exñtium super hemisperium in quo essz ille hiatus illuminaret infernū. Unde potest dici q^d illud verbum qō dicit Jsido. sm falsā imaginationē quo rūdā imaginātiū esse infernum in supficie terre i hemisperio isti ōpositō.

Di. xlviii

Post resur rectionez vero tc. Superius determiauit magister de resurrectione mortuoz. ⁊ de statu eoz ante resurrectionem. ⁊ de iudicio resurgētiū. hic determinat de remuneratiōe iudicatoz. ⁊ diuiditur in duas. Primo determiat de remuneratione bonoz. Secūdo de retributione maloz. di. sequēti ibi. Hic oritur qō. Prima in duas. Primo determinat de

retributõe in cõi sanctoꝝ. ¶ 2° de partibus retributionis in spāli. ibi Solet queri. ¶ 3ª in duas. p° determinat de differeti pticipatione beatitudinis. ¶ 2° de appetitu beatitudinis. ibi Solet etiã queri. ¶ Illa ps que ibi incipit. Solet queri diuidit' i' tres. ¶ 3° determinat de differẽtia cognitionis bonorum. ¶ 1° de differentia gaudij ipsorum ibi. Solet etã queri an ī gaudio. ¶ 3° ō dra beatitudis añ iudiciũ ꝛ post. ibi. Post h° ꝛc

Circa hanc distinctionẽ querendũ est pncipaliter de 5. ¶ 1° de quidditate beatitudinis ꝛ de eo in quo cõsistit. ¶ 2° ō ei° appetitu ꝛ pticipatione. ¶ 3° in spāli de dotibus aīe. ¶ 4.° de dotibus corporis. ¶ 5° ō accidẽtali premio bonoꝝ. ¶ Circa pmũ q̃runtur octo. ¶ Primo utruꝝ sit aliquis ultimus finis uite humane. ¶ 2° utruꝝ ille finis sit beatitudo. ¶ 3° utrũ beatitudo sit quid creatum. ¶ 4° utrũ sit actus. ¶ 5° utrũ sit actus anime tantũ. ¶ 6° ut° sit actus intellect° ꝛ uolũtatis sil'. ¶ 7° utrũ sit pncipali° actus uolũtatis q̃s itellectus. ¶ 8° utrũ pncipalius sit act° intellectus speculatiui q̃s practici.

Primo ostendo q̃ nõ ẽ aliqs ultim° finis uite humane. nihil enim est ultimus finis uite humane quod ordinari potest ad aliũ finẽ. sꝫ nullũ est bonum quod homo nõ possit ordinare ad aliũ finem etiam increatũ. quod patet cũ homo diligit deuꝫ pp aliquod temporale cõmodum. g° nihil est quod sit finis ultimus uite humane. ¶ Itez nullus actus humane uite est ultimus. actus. n. eius pceder possũt in infinitũ. sꝫ omnis actus humane uite est finis eius. qꝛ ꝑm phm. 2°. celi ꝛ mundi. omis res cui est operatio ipsa est pp operationẽ illam. g° nullus finis uite humane est ultimus. ¶ Itẽ si esset aliquis finis ultimus humane uite homo nũq̃ ageret nisi pp finẽ. quia ultimus finis est primum moues in agibilibus. sꝫ multa uidetur homo agere ñ pp finẽ ut sũt omnia illa que facit sine deliberatione. g° nõ est aliqs ultimus finis uite humane. ¶ Contra ph°. 1°. meta. pbat. q̃ in causis efficiẽtibus essentialit' ordinatis est deuenire ad efficiens pmum. g° a simili in finibus uite humane essentialit' ordinatis oportet ponere ultimũ. ¶ Item ph° vbi pus q ponũt pcessũ in causis finalib° in infinitũ auferunt naturam boni. sed ꝑm phm 2° phisi. Finis habet natura optimi. ergo ponentes processum in causis finalibus in infinitũ auferũt finem. ¶ 2° q̃ vite humane est aliquis vltimus finis per se. In omnibus enim que per se habẽt ordinẽ ad inuicem non est aliquid conueniẽs nisi sit pmũ. Unde phus 5° phisi. probat q̃ in causis mouentib° per se non est processus in infinitũ. quia vt dicit ibidem cũ infinitoꝝ non sit pmũ et primo mouente nõ existẽte alia nõ moueãt nõ esset possibile alia moueri. quia secũda mouẽtia non mouent nisi per hoc quod mouent a primo mouẽte. illud autem quod mouet appetitũ est finis. ꝛ primũ mouẽs est vltimus finis. ergo si negat' vltimus finis null° alius finis poterit appetitũ mouere. ꝛ sic voluntas nihil appetere posset. quod manifeste falsũ est. ¶ Preterea nullus naturalit' appetit id q̃ a quocũq̃ impossit ille est haberi per quãcũq̃ viam. q̃uis enim volũtas deliberati ua possit esse impossibilũ ꝫ ꝑm 3° ethi. c° 5°. Hoc tamẽ de naturali appetitu nullo modo uere dici potest. q̃uis enim in aliquo frustretur naturalis appetit° propter aliq̃ accñs. vt in dãnatis q natalit' appetũt felicitatẽ quam impossibilẽ est eos cõsequi ppter suam obstinationẽ. tamẽ nullus appetit° rõalis creature frustrari nõ potest vniuersalit' ꝛ per se. sed vt docet experientia vita hũana natalit' appetit pfectam quietẽ. ergo qetem pfectam ab aliq° cõseq̃ p viã aliquã possibile est. sꝫ impossibile est perfecte qescere vitam humanaꝝ in re ordinata ad aliũ finem per se. q̃ vocet etiam expientia illũ qui motus appetitus sui diligẽter vult considerare. ergo oportꝫ concedere esse vite humane aliquem vltimũ finem per se. ¶ Ad pmũ in oppo° dicẽdũ cũ dicitur q̃ nihil est vltim° finis vite humane quod ordinari potest ad aliũ finem ꝛc. dico q̃ verum est si potest ordinari ad aliũ finem per se. sic autẽ de° ordinari nõ põt ad aliuꝝ finẽ. quia omne illũ q̃ est finis per se alicuius alterius melius est illo. vltim° tamen finis per se potest ordi

nari per accidens ad aliquid aliud. vt ad finem. ſ. per malam intētionem abutentis. ¶Ad 2m dō q̄ nō oīs actus uite humane ē finis eius p ſe. q̄uis quilibz actus ei⁹ poſſit eſſe finis eius p accīs. Jn cauſis autē p accīs nihil phibet ī ifinitū ꝓcedere. ita tñ q̄ totū acceptū ſemp ſit finitū. cāe. n p accidēs ſm phm. 2° phiſicoz indeterminate ſūt. Preterea arg⁹ peccat quia in 3ª figura nō cōcluditur uniuerſal' cōcluſio. vñ debet ſic cōcludere q̄ eſt finis aliq̄s uite humane q̄ nō eſt finis ultimus. ⁊ hoc eſt uez. uel q̄ ſūt fines aliq̄ uite humane ī quibus pōt ꝓcedi ſine fine. ⁊ hoc eſt uez ī finibus p accīs. ¶Ad 3m dō q̄ homo agēs inq̄tū homo agit per rōez ⁊ uolūtatē. quia p hoc diſtinguitur a brutis. vñ actus hōis nō ꝓcedēs ex rōe ⁊ uolūtate ⁊ſi poſſint actus hominis dici nō tñ ꝓprie loquendo dici pñt actus uite humane. ſz magis uite brutali'. ⁊ preterea illi actus ⁊ſi nō habeant finē ſibi p̄ſtitutuz a rōe. hñt tñ finē imaginatum ſi ſūt actus p̄ſupponētes in hōine aliq̄z cognitionē aut ſibi p̄ſtitutū a cōditore nat'e. Si ſunt act⁹ nō p̄ſupponētes in hōie aliq̄z cognitōez ut ſūt act⁹ potētie uegetatiue. ⁊ horū finiū finis ultimus eſt ultimus finis humane uite. quia deus q̄ uite humane finis eſt ultimus eſt finis omniū creaturaꝝ ut oſtenſuz eſt li. 3. di. p⁸.

Secundo queritur ut⁹ ultimus finis uite humane ſit hōis beatitudo. Et uī q̄ nō. ultimus finis uite humane eſt omniū creaturaꝝ. ut pz li. 3. di. i. in illa q̄ōne utrū bonitas xp̄i ſit finis omniuz creaturaꝝ. ſed beatitudo nō ē finis omniū creaturaꝝ. quia multe creature ſūt que nō ſūt capaces beatitudinis. g° ultim⁹ finis uite humane nō eſt beatitudo. ¶Item ut oſtēſū li. 2°. di. 38. oīuz bonoꝝ actuū uolūtatis eſt unus finis ultimus. ſz nō cīum uolūtatū eſt una beatitudo. g° ultimus finis humane uite ñ ē beatitudo. ¶Itē finis uite humane eſt quid p'ſe ſufficiētiſſimum. ſz felicitas que idē eſt q̄d beatitudo īdiget exterioribus bonis ſz phm. i. ethi. c. 12. g° finis uite humane nō eſt beatitudo. ¶Cōtra. Aug. 8°. de ci. c. 3. finis boni appellatur quo q̄ſq̄ cū puenerit beatus eſt. g° ultimus finis uite humane ē hōis beatitudo. ¶Itē idez. 23. li. quaſi in fine libri. finis nr̄ ē puenire ad illud regnū cuius nullus eſt finis. ſz puenire ad illud regnū eſt hōis beatitudo. g° ultimus finis uite humane eſt hōis beatitudo. ¶Rº q̄ ultim⁹ finis humāe uite ꝓpr̄ pōt accipi. Uno mō ꝑ bono ī q° ultimo q̄eſcit homo. alio mō ꝑ q̄ete hōis ī illo bono. Sil'r beatitudo pōt accipi dupliciť. Uno mō ꝑ bono in quo homo beatificatur. alio mō ꝑ pfecta cōiunctione hōis cū illo bono. que cōiūctio eſt hōis beatificatio. accipiēdo finē ⁊ beatitudinē mō primo ultimus finis uite humane ⁊ hōis beatitudo realiť idē ſunt. ſimiliť finis mō 2°, acceptus realiť idez eſt cū beatitudine 2° mō accepta. ſz differūt ſz rōez. quia finis ultim⁹ dr̄ inq̄⁹ ñ ordiat⁹ ad vltīoꝛē finē. ⁊ p° mouēs appetitū btītudo dr̄ iq̄⁹ ē ſuꝛ ciētiſſimū hōis bonū. ¶Ad p⁹ in opp⁹ dō q̄ ultimus finis uite humane inq̄tuz accipitur ꝑ bono in quo ultimo q̄eſcit homo ⁊ ipa beatitudo ꝑ bono in quo homo beatificatur ſūt ultimuſ finis oīuz creaturaꝝ. q̄a ultimus finis uite humane ⁊ beatitudo p̄dicto mō accepta realiť idem ſunt. ſed creature irrōales al'r ad illū finez ordiant' q̄z creature rōales. quia rōnales illū finez attīgūt imediate ⁊ in illo beatificātur. ſed irrōales ad illū ordinantur hōie mediāte. nec in illo beatificātur q̄uis aliquā ei⁹ pticipationē īmediate recipiāt. ¶Ad 2m dō q̄ accipiendo ultimū finez uite humane et beatitudinez ꝓmo mō ſicut oīuz bonarum uolūtatū eſt unus finis. ita una beatitudo. quia unuz bonū eſt in quo oēs bone uolūtates beatificātur. accipiēdo aūt ultimum finē ⁊ beatitudinē mō 2° nō eſt oīuz bonaruz uolūtatuz unus finis in numero nec ēt in equali gradu. ſimiliť nec una beatitudo ut inferius patebit. ¶Ad 3m dō q̄ ibi ph⁹ loqtur de felicitate politica que hr̄ in hac uita que multis miſeriis ē p̄miſta. vnde ut ita loqtur eſt felicitas miſera.

Tertio queritur utrū beatitudo ſit quid creatuz. Et uī q̄ nō. Jn nullo creato uidet' geſcere uita humana. Dñs Aug. i. li. confeſſionū uerſus ꝓncipiuz loquens ad deum ait. Jnquietuz eſt

cor nostrū donec regescat in te. sz ī beati-
tudine ē qes totius uite humane. g° beati-
tudo nō ē aliqd creatū. ℣ Itē idē ē gloria
qđ beatitudo. sz psal'. ad deuz loquēs ait.
tu aūt dñe susceptor meus es gloria mea.
g° deus ē beatitudo uite humane. ℣ Cōtra
uidere deū ē aliqd creatū. est. n. act⁹ crea-
ture uidētis. sz uidere deū ē humane uite
beatitudo. vñ ut hēt Jo. 17°. ait saluator
ad pr̄z. hec ē uita eterna ut cognoscāt te.
g° beatitudo uite humane ē aliquid crea-
tum. ℣ Itē beatitudo hois est in hoīe bono
sz phūs p°. ethi. c. 6. vñ probat felicitatē nō
ee ī hominib⁹ p hoc q⁹ honor magis uī ī
honorātibus q̄z in honoratis. sz qcūqz est
in homine ē creatū. g° beatitudo ē qd cre-
atū. ℣ R° q⁹ beatitudo uite humane dupl'r
pōt accipi. vno modo p illo bono ī quo p-
fecte ⁊ plenarie requiescit humana uita. alio
modo p perfecta quiete humane uite in il-
lo bono q̄ consistit ī perfecta hois cōiūctiōe
cū bono illo. ꝑmo modo beatitudo accipi-
tur p beatitudinis obiecto. ⁊ sic planū ē q⁹
beatitudo dic qd increatū. s. ipsū deū. in
nulla. n. creatura posset hō inuenire pfectā
sufficientiā ad quietandū et pficiendū eum
totū. eo. n. ipo quo fm aiaz factus est ad i-
maginem dei tāte capacitatis est ut nullus
bonū possit ei sufficere preter summus bo-
num. vñ ī li°. de spiritu et aīa aū mediū. tā-
te dignitatis est humana cōditio ut nullus
bonū possit ei sufficere p̄ter summus. bea-
titudo aūt 2° mō accepta est aliquid exīs
in beato tāq̄z eius ultima et plenaria pfec-
tio. et est aliquid creatū sicut bene ostēdūt
rōes ad ptez 2ᵐ. ℣ Argumēta ad ptē ꝑmam
pcedūt de beatitudine ꝑmo mō dicta.

Quarto queritur utr⁹ beatitudo sit actus. Et uī q⁹ nō. melior est
hītus q̄z act⁹. quia est permanētior. et quia
sicut dicit ph⁹. 3° phīsicoz. illud bonū est
melius qđ est pmanētius. sed beatitudo est
maximū hois bonū. g° est hītus ⁊ nō actus.
℣ Itē beatitudo est ꝑpetuū gaudiū. vñ salua-
tor Jo. 16. de beatitudine sub nomine gau-
dij loquēs ait. gaudiū uestrū nemo tollit a
uobis. sz gaudiū est aīe passio. cū g° passio
distinguatur cōtra actus fm phūm ponētez
3°. ethi. c. 5. passiōes potētias hīt⁹ cē tāq̄z
principia actionū. g° beatitudo nō ē act⁹.
℣ Itē pfecta unio hominis cū deo ē relatio.
sz pfecta hoīus unio cū deo ē beatitudo ho-
minis. g° beatitudo hōis ē relatio. ℣ Cō-
tra. beatitudo hois aut ē habit⁹. aut act⁹.
nō hītus. q⁹ tūc nō sisteret ī uirtute. qđ niti-
tur ī ꝑbare ph⁹. i. ethi. c. 6. g° est act⁹. ℣ Itē
ph⁹. i. ethi. c. 9. uenat istā diffinitionē felici-
tatis. s. q⁹ felicitas ē opatio ꝑpa hois fz
vtutē ī uita pfecta. cū g° felicitas nō sit qđ
beatitudo. beatitudo ē act⁹. ℣ R° q⁹ ⁊ sī
beatitudo extēdēdo nomē ei⁹ possit dici
hit⁹ glorie. tū prope loquēdo ē act⁹ hois
nobilissim⁹. actus. n. nobilior est habitu. q⁹
habitus ordinatur ad actū ut ad finē. ⁊ fz
ph⁹. 3. topi. finis p̄tinet his que sūt ad
finē. vñ p bonū actū magis assimilatur hō
deo q est purus actus q̄z p habitū tm̄. cū
g° beatitudo uite humane sit nobilissimū
qđ esse possit in hoīe cū sit uite humane fi-
nis ultimus ut ostēsū est. segtur q⁹ beatitu-
do ꝑprie loquendo nō est habitus sed act⁹.
siue plures siue un⁹. Ad p⁹ ī opp⁹ dō q⁹
iste actus ī quo beatitudo consistit ita ē p-
manēs sicut habitus cuius est actus. quia
dei uisio ⁊ fruitio sūt in bono itrā smutabi-
liter ⁊ inuariabiliter pmanētes. ⁊ p̄terea ꝺ
buz phī intelligendū est ceteris pibus ali-
as nō esset ueruz. pmanētiora. n. sūt multa
non uiuentia multis uiuentibus. vñ et fm
phūm. i. ethi. c. 8. pp diuturnū⁹ esse nō indica
tur per se unū alio magis bonū. ℣ Ad 2⁹. di
cēdus q⁹ sicut coīter dicit gaudiū nō ē de
essentia beatitudinis. sz effectus ei⁹ ab ea p
se inseparabilis. quapp frequenter beatitudo
nomie gaudij appellat'. Alij q⁹ magis assē-
tio tenentes quod gaudium est de essen-
tia beatitudinis dicunt q⁹ cū beatitudo
dr̄ actus extēdit nomē actus ad actū siue
eliciatur a bono. siue ī bono cāetur a bea-
titudinis obiecto. quid āt de hoc sit tenē-
dū ī articulo. 3°. ostēdet' cū de uisiōe ⁊ frui-
tione quer'. ℣ Ad 3⁹ dō q⁹ cū dr̄ beatitu-
do uite humane est perfecta unio hois cū
deo nō accipitur unio p relatione. sz pro
actu uel actibus quo uel quibus homo p-
fecte dō unitur.

Quinto queritur utrum beatitudo sit actus anime tantum

Et uidetur q̄ nō. quia actus hominis nō ē actus tm̄ aīe cū hō cōstet ex anima ⁊ corpore. sz beatitudo est actus hōis. quia tot⁹ hō beatificat. g° nō ē actus anime tm̄. ¶ Itē hō ordine nat̄e ꝑus intēdit bonuz corporale q̄z spuale. q̄ ⁊ ꝑus ordine nat̄e ipm cognoscit. sed ꝑmuz in intētiōe est ultimuz in executione. g° illud bonū q̄d hō ultimo ꝺse quir̄ est corporale. sed in bono q̄d ultimo consequit̄ homo ēst beatitudo. ergo consistit in bono corporis. q̄d nō est uerū si essz actus aīe tm̄. ¶ Itē beatitudo ē actus pfectus uirtutis pfecte. sz perfecta uirtus respicit aīaz ⁊ corpus. vñ qa continentia non domat corporis passiones non ꝺr̄ uirtus perfecta ut tēperantia. vñ ꝑz ph⁹. 7°. ethi. .c.2. non est loquendum de continentia ut de hītu v̄tutis neq; ut ꝺ hītu alterius gn̄is q̄z sit uirtus. g° beatitudo est actus aīe ⁊ corporis simul. ¶ Cōtra ꝑz ph⁹ ꝑmo ethi. .c.9. felicitas est hōis ꝓpria opatio. sz hominis ꝓpria opatio est aīe tm̄. q̄ in opib⁹ corpis cū aīab⁹ alijs cōicat. g° beatitudo est actus aīe tm̄. ¶ Itē ꝑz ph⁹ ibidē. felicitas ē operatio aīe ꝑm uirtutē. sz uirtus ñ est bonum corporis. sz aīe tm̄ ꝑm doctrinam. aug⁹ p° de ci. c. 19. ubi ꝺic de oppssis per uiolētiā q̄ in eis ñ perit pudicitia. q̄ uirt⁹ aī est nec in corporis bonis numerat̄. g° beatitudo ē act⁹ aīe tm̄. ¶ 2° beatitudo uite humane ē nobilissimū q̄d in hoīe possit esse. nec creaturis infra hoīez conuenire potest. cuz g° beatitudo sit unus actus ꝛ plures. ut ostensū ē oz q̄ beatitudo consistat in actu uel actibus ꝓprio uel ꝓpis hominī non q̄buscūq;. sz in nobilissimis. actus aūt ꝓpri⁹ hōis non ē nisi ille q ē hōis p illā uirtutē qua est hō. hec autē ē aīa intellectīa. nobilissimus ergo actus hōis ē ille q sibi conuenit p aīaz intellectiuā siue sit cognitio siue ꝺilectio. g° beatitudo ē actus aīe tm̄. vñ q beatitudinē extimauerūt esse ī corporalibus ꝺiuitijs seu ꝺelitijs uel bonoribus siue nature nobilitatē non recognoscebāt. ¶ Ad p⁹ in⁹ opp⁹ ꝺr̄ q̄ quidā ē actus hōis rōe aīe ⁊ corporis simul. sicut uidet audire ⁊ passiones sēsitiui appetitus que sūt cū corporali trāsmutatiōe. ⁊ hi nō sūt aīe tm̄. ⁊ sc̄ quidā act⁹ hōis rōe aīe tm̄ aut itelligere ⁊ uelle. vñ sūt ī aīa separata. ⁊ hi dicūt actus aīe tm̄. ¶ Ad 2⁹. ꝺr̄ q̄ p⁹ q̄d hō appetit ē beatitudo ī sui gn̄alissimo esse q̄d ē bonū. tm̄ ꝺescēdēdo speciali⁹ q̄ prius ordine nature hō appetit bonuz corporale q̄z spuale ē per accns. non per se. qa appetit⁹ seqtur cognitionē. ⁊ nostra cognitio incipit a sēsu q est respectu corporaliū. nō oz āt q illud q̄d est primū per accidēs in intentione hōis sit illud bonū q̄d ultio consequtur. sz illud q̄d ē primū in intentiōe per se. illud āt ꝺr̄ ee primū in intētiōe p se q̄d magis ē appetibile. ⁊ q̄d ꝑus appeti ꝺebz quātū ē ex pte sua. tale aūt ē spuale bonū ¶ Ad 3⁹ ꝺr̄ q̄ uirtutes cardinales q̄ sunt respectu passionū ⁊ opationū humanaz aliq° mō corpus respiciūt. non q̄ eaz essentia aut eius ps sit in corpore sicut in subiecto. sz q moderāt corporis passiōes ⁊ equāt corporales opatiōes ī cōparatione ad alteꝛ. sz ⁊ si in pfectis actibus taliū uirtutū perfectaz consistat felicitas politica de qua tractat phūs p° li. ethi. tm̄ felicitas uera ī illis uirtutib⁹ non consistit. sz ī actu charitatis pr̄ie. ⁊ in actu hītu qui in patria succedit fidei.

Sexto queritur

ut⁹ beatitudo sit actus itellectus ⁊ uolūtatis simul. Et uī q̄z non. quāto bonū est maius tanto simplicius. sz uite humāe beatitudo est maximū hōis bonū ut supius ui sū ē. g° est sīplicissimū q̄d sit in hoīe. ꝑz si plicior est actus unus q̄z duo simul. ergo ñ consistit nisi ī uno actu siue sit actus uolūtatis siue intellectus. ¶ Itē aug⁹ li. p°. ꝺ ci. .c.pe. ꝺicit ꝺ uisione dei q̄ ē sūmū p̄mium. sz sūmū p̄mū est beatitudo. g° cū uisio sit actus intellectus in solo actu intellectus consistit beatitudo. ¶ Itē Jo. 16. hec ē uita eterna ut cognoscāt te. g° cōsistit ī actu solius itellectus. ¶ Itē si actus uolūtatis esset de essentia beatitudinis. ille actus aut essz amor amicitie aut ꝺcupiscētie. ñ amoꝛ amicitie. q̄ ille amoꝛ nihil aliud ē q̄z uelle deo bonū q̄d hēt q̄ q̄z ex puris naturalib⁹ p̄t uelle. Ad aliq̄d āt q̄d sit ꝺ essentia beatitudinis ñ possumus attingere p sola naturalia. nec amoꝛ cōcupiscēcie. q̄ tali amoꝛe diligitur amatū non pp se. sz pp amantē. g° actus uolūtatis non ē ꝺ essētia beatitudis.

cuius deus non est imediatum obiectū. sed actus uolūtatis bonoꝝ deus nō ē imediatū obiectū. qz uolūtas eoꝝ nō attīgit deū diligēdo nisi mediāte eius uisione. ꝓus. n. oꝛdie natꝰ uidet ipꝫ q̄z attīgat ipꝫ diligēdo. gꝯ actus uolūtatis electoꝝ nō ē de essētia beatitudīs. ¶Item Aug. in. 13. de tri. c. 8. beatꝰ est q uiuit ut uult. nec male aliqd ult. gꝯ in solo actu uolūtatis cōsistit beatitudo. ¶Item Aug. li. i. de doctrīa xp̄iana lōge ultra meditū dicit de deo. hec ē sūma merces ut ipo pfruamur. et sūma merces est beatitudo. et fruitio ē actus uolūtatis. ut ostēsū ē li. i. di. pª. gꝯ ī actu uolūtatis tota essentia beatitudinis cōsistit. ñ gꝯ ī actu uolūtatis et itellectus simul. ¶Itē deus sub rōe qua sūmū bonū. et sub nulla rōe alia est beatitudinis obiectū. qz sub illa rōe. et sub nulla alia ē ultimus finis. ſz sola uolūtas imediate attingit deū sub rōe qua sūmū bonū. qz q̄uis ītellectꝰ oñdat sibi sūmū bonū. ñ tñ sua rōe ē obiectū eius qª sūmū bonū. ſz sub rōne qua sūmū ueꝝ. gꝯ beatitudo ī solo actu uoluntatis cōsistit. ¶Itē beatitudo uere potētie nō ordinatꝰ ad aliqd aliud q̄z ad beatitudīs obiectū. ſz uisio sūmi ueri oꝛdinatur ad fruitionē sūmi boni. hō. n. ſpūaliť ꝛsiderās interioꝛa sua expiri pōt aliqꝯ mō non posse esse ultimā quietē. et pfectā in cognitiōe. gꝯ sūmi ueri uisio nō ē beatitudo itellectus. et ꝛstat ꝙ nō ē beatitudo uolūtatis. gꝯ nō ē beatitudo creature rōalis nec pars beatitudinis eius. ¶Cōtra auctoritatū q̄ dā dicūt ꝙ cōsistit ī actu itellectus. q̄daz ꝙ in actu uolūtatis. gꝯ in actu utriusq; ꝛsistit. ¶Itē p illā eāde uirtutē per quā aliquid mouetꝰ ad terminū quiescit ī termio. ſz p intellectū. et uolūtatez hō mouetꝰ ad ipꝫ deū. gꝯ per itellectū. et uolūtatē quiescit ī deo. ſz beatitudo uite humane ē perfecta quies hoīs in deo. gꝯ ī actu utriusq; beatitudo consistit. ¶Ad hāc q̄nē dixerūt aliqui ꝙ essētia beatitudīs uite humane ī solius intellectus actu consistit. ita ꝙ nullo mō in actu uolūtatis. pꝰ eiz obiectū uolūtatis nō ē actus eius sicut nec primū obiectū intellectus ē itellectio. ſz intelligibile. beatitudo. ṽo pertinet ad uolūtatē tāq̄z primū eius obiectū. sequitꝰ gꝯ ꝙ nō ptineat ad ipsā tāq̄z actꝰ ipsiꝰ. ¶Preterea uolūtas fertur ī finē etiā absētē cū ipsū desiderat. et p sētē cū ī se ipo requiescit et delectať. ꝛside riū āt finis nō est cōsecutio finis. ſz ē motus ad finē. delectatio āt aduenit uolūtati ex hoc ꝙ finis ē pñs. nō āt ex hoc aliquid fit pñs. qz uolūtas delectať in ipso. oꝛ igitur esse aliqd aliud q̄z actū uolūtatis per qd fit ipse finis pñs uolēti. hic āt est actus intellectus. qz tm̄ ad uolūtatē ptinet delectatio cōsequēs beatitudinē q̄ est quasi beatitudinis ꝛsumatio accidēťaliť īseparabiliter beatitudinē ꝛsequens. iō aliqñ dr beatitudo ptiere ad uolūtatē eo ꝙ qñq; gaudiū ipꝫ dr btitudo. dicēte Augꝯ li. 10. ꝛfes. cº pmo cc mediū. ꝙ beata uita est gaudiū de ṽitate. ¶Sz cōtra hāc opinionem expsse ē auctoritas Augustini allata ī opponēdo dicentis ꝙ sūma merces ē in fruitione. et rō fa ad icdaz partē. ¶Preterea Augº. 19. de. ci. c. 14. dicit ꝙ in celesti ciuitate oīs usus ferť ad fructū pacis eťne. fructꝰ gꝯ pacis eťne ptiet ad ultius finē uite hūane. ſz fructꝰ pacis eťne ē fruitio dī q̄ ē actꝰ uolūtatis. ¶Preťea sūma bōitas ñ ē minoris nobilitatis ꝙz rē nec ꝙz nr̄az rōnē itelligēdi q̄z sūma ueritas. ergo sicut deus ē beatitudis obiectū rōe sūme ueritatis. ita rōe sūme bōitatis. ſz sicut deus ē beatitudinis obiectū intellectus inq̄tū ē sūma ueritas. ita ē obiectū uolūtatis inq̄tū ē sūma bōitas. gꝯ nec ī actu itellectꝰ tm̄. nec ī actu uolūtatis tm̄ cōsistit uite humane btitudo. ſz ī actu utriusq; simul. ¶Videť gꝯ mihi dd. ad qōnē ꝙ beatitudo cōsistit in actu intellectus et uoluntatis simul. ¶Cuius rō est. qz esse beatitudinis uite humane cōsistit ī perfecta uniōe aīe rōnať cū deo. hec āt unio ĩcludit aīe unionē cū deo ꝙz oēz sui potentiā ꝙz quā unibilis ē. cuz eo imediate. potētia āt aīe rōal non tm̄ ē intellectus ſz uolūtas. et per quālz illarū unibiľ ē cū do imediate. sicut eiz dus sub rōe qua sūmū ueꝝ ē imediatū obiectū intellectus beatoꝝ. ita sub rōe qua sūmū bonū ē imediatū uolūtatis obiectū eoꝝ. q̄uis eiz ipso imediate nō fruerēť nisi ipsū imediate uidēt. tm̄ imediatū obiectū uolūtatis eoꝝ nō est ipsa uisio sūmi boni. ſz ipsū sūmū bonū. nō. n. uolūt sūmū boꝰ pp illā uisionē sic pp finē. ſz uolūt ipsā uisionē p

pter ipsum summum bonus sicut propter ultimum finem. Ipsum ergo summum bonum primo & immediate est ab ipsis beatis uolitum. est ergo uoluntatis eorū ī mediatum obiectum. ergo perfecta unio anime cuz deo in qua beatitudo consistit est per intellectum & uoluntatem. in actu ergo utriusqz simul cōsistit. Nec illa rō pro contraria opinione ī corpore questionis adducta cogere uidetur. quia primus obiectum uoluntatis ē beatitudinis obiectuz. non adeptio eius que est beatitudo. sed est obiectum secundum q̄ est beatitudo creata in quo continetur in generali. & implicite actus intellectus & uoluntatis. clare enim uidere deum & ipsum perfecte diligere est habere sufficientissimum bonum. quod habetur non tantū cognoscēdo sed et amādo. sed perfecte p cognitionem & amorem prīe. imperfecte uero per cognitionem & amorez uie. unde Gregorius in omel. pentecostes. Qui deum intelligendo corde desiderat iam habet p fecto quem amat. Deficit etiam. 2ª ratio in hoc quod supponit nullum esse motum uoluntatis respectu summi boni clare uisi. nisi delectationem. hoc enim est falsum. imo dico q̄ causatur illa delectatio ex summi boni clara uisione & amore p fecto. sicut enim in appetitu sensitiuo amor boni presentis ē delectationis causa. sic aliqualiter dico a simili amorem sūmi boni clare uisi est delectationis causaz que inseparabilis est ab eo. nec est in uolūtate negādū passiones esse spirituales. q̄z uis sublimiores sint & sublimiori modo q̄z in appetitu sensitiuo. unde dicit Diony sius. 4. cº. de di. no. de sācto Gōtheo. q̄ erat diuina passus. Preterea. ratio supponit q̄ gaudium non sit de beatitudinis essentia. quod non uidetur mihi uez. Ad primum in oppositum dicendum q̄ non plus concludit. nisi q̄ beatitudo ē simplicius quod sit in homine. secundum q̄ simplicitas opponitur compositioni ex actuali et potentiali. non compositioni que est ex pluribus actibus. Ad secūdum et tertiuz dicendum q̄ consumata dei dilectio inseparabilit̄ concomitatur claram eius uisionē. quia ut dicit Aug. li. 83. q. q. 35ª. Nīlū bonū pfecte cognoscit̄ qđ pfecte ñ amat. & iō scripta & sācti cū ī btitudīe ñt uisionē ꝺsistere. icludūt ꝺcomitantē dilectionē. Ad quartū dicēdū q̄ taz amor amicitie q̄z amor ille quo deus dicitur amari amore cōcupiscētie sī ꝺ essētia beatitudīs. sz amor amicitie p̄ncipali. ut. n. ostensū ē li. 3. di. 27. ī illa q̄stiōe utrū p̄ncipalior actus charitatis sit diligere amore amicitie sēp nobilior ē q̄z amor ꝺcupiscentie ceteris paribus. nec pōt deus amari amore amicitie ex puris naturalibus. ita perfecte sicut requirit ille amor amicitie q̄ ē de beatitudinis essentia. & ideo non ualet probatio qua probabatur amor amicitie nō posse esse de beatitudinis essentia. nec etiaz ualz illa probatio qua p̄babatur q̄ amor concupiscentie non sit de beatitudīs essentia. quia q̄ amore cōcupiscentie amatur. amatur propter amantem. hoc est ex imperfectione illius amoris. Ille autem amor quo beati uolunt deum sibi ipsis perfectius est. & ideo non uolunt eum sibi propter se ipsos ut propter ultimum finem. sed propter se ipsum. Ad quintū dicendum q̄ amor est falsa. ut ostensum ē in corpore questionis. q̄uis enim uisio sit necessaria dispositio in beato ad hoc ut fruatur deo perfecte. tamen ex hoc nō sequitur q̄ deus nō sit illius fruitionis īmediatum obiectum. sic q̄uis lucis luminis glorie sit necessaria dispōtio ad hº q̄ intellectus uideat deum. nihilominus tamen deus est illius uisionis immediatum obiectum. & si dicas q̄ saltem deus prius ordine nature ē īmediatum obiectum uisiōis q̄z īmediatū obiectū fruitōis. dico q̄ uez ē ꝺ poritate ī uia gñatōis q̄ ē poritas q̄ ipfectū p̄ ē pfecto. ñ ꝺ poritate pfectionis. utī plīb. uidem. q̄ actus coordinatox it̄ se por ordīe nat̄e ī uia gñatiōis minꝰ ē pfectus q̄z posterior. nec hº dicēs in tēdo dicer. q̄ illa uisio sit ipfecta. ē. n. res pfecta ī gñe uisionis. sz uolo dicer q̄ ipa fruitio ē actꝰ pfectior sic ꝺclarabit̄ ī qōe seqnti. Ad 6um & 7um dō q̄ cū sci dicunt beatitudinē ꝺsistere ī di fruitiōe. icludūt ipaz uisionē q̄ ē necessaria dispō ad fruitionē. Ad 8um dō q̄ cū dr̄ q̄ deus sub rōe q̄ª sumū bonū. & sub nulla alia ratione ē

beatitudinis obiectū ꝛc. dico ꝙ falsū ē ac cipiendo beatitudinē rōe totius essētie sue. deus tamē sub p̄dicta rōe ꝛ sub nulla alia ē obiectum illius ptis beatitudinis q̄ cōuenit creature rōali mediāte uolūtate. sīl'r dico ꝙ ipse deus sub rōe qua sūmū uer ē obiectū illius ptis beatitudinis q̄ cōuēit creature rōali mediāte intellectu. ꝛ sic de sub rōe qua sūmū bonū ꝛ sub nulla alia est ultimus finis uolūtatis. ita sub rōe qua sūmus uer ꝛ sub nulla alia ē ultimꝰ finis intellectus quē imediate p suū actū pōt attingere. inq̄tū tñ uisio sūmi ueri ordinat ad fruitionē sūmi boni deus sub rōe qua sūmus bonū finis ē intellectus mediāte uolūtate. ꝛ ita oībus pensatis deus sub rōe qua sūmū bonū principalius ē finis rōalis creature q̄ sub rōe qua sūmū uer. ꝛ sic p̄z ꝙ q̄uis ex argo bñ concludat ꝙ beatitudo p̄ncipaliꝰ cōsistit i actu uolūtatis q̄ i actu intellectus. per ipsū tamē non concluditur ꝙ in solo actu uolūtatis cōsistat. q̄ in uisione inchoatur ꝛ in fruitione consumatur.

¶ Ad 9m dō ꝙ beatitudo creature rōalis cōsistit i imediata ꝛ pfecta sui uniōe cū deo. ꝛ sub rōe qua est sūmū bonus. ꝛ ideo eius sunt due ptes. s. uisio ꝛ fruitio. q̄uis etiaꝫ tota essētia beatitudinis nō ordinetur ad aliqd aliud q̄ ad beatitudinis obm. tamē una ps ēt bñ ordinat ad aliā. s. minus pr̄incipalis ad magis principalem ut uisio ad fruitionē. ꝛ ideo quelꝫ illaꝫ p se magis dr̄ dici ps beatitudinis q̄ beatitudo. q̄ neutra p se eēt sufficiētissimū bonū.

Ꝙptimo queritur

ut⁹ beatitudo sit principalius i actu uolūtatis q̄ intellect⁹. ¶ Et uī ꝙ nō. beatitudo principalius est i actu nobiliōris potētie. s̄ nobilor potētia est intellectus q̄. uolūtas. q̄ ē respectu uniuersaliōris obiecti. ens. n. sub rōe qua ens est eius obiectū ut uī uelle phūs i 3o. de aīa. s̄ sub rōe qd bonū ē obiectū uolūtatis. nobilior ē autē rōentis q̄ boni. gº beatitudo principalius cōsistit in actu intellectus. ¶ Itē p̄z ph⁹. 3o. topi. illud est nobilius qđ alio nō indiget q̄ illud qđ idiget ipso. s̄ actus uolūtatis idiget actu intellectus. nō eo. gº nobilior est actus intellectus. ꝛ ex cōsequēti beatitudo principalius consistit in ipso. ¶ Itē intelligere bonū ꝛ nō appetere nobiliꝰ ē q̄ appetere circūscripto intelligere. q̄ appetere cognitione circūscripta cuicūq; conuenit nature. gº sēp nobilior est actus intelligēdi bonū q̄ actus amandi. gº beatitudo principalius in actu intelligēdi cōsistit. ¶ Itē ille actus ē nobilior q sub spūalitate maiori suū obiectū r̄spicit. s̄ huiusmōi ē actus intelligēdi. q̄ respicit rē p̄z eē qđ bēt i mte. actꝰ vo amādi r̄spicit ipā p̄z eē suū reale. res āt simpliciori mō sē i aīa q̄ ex aīa. gº nobilior est actus intelligēdi q̄ amādi ex quo ꝛcludit ꝙ in eo beatitudo principaliꝰ cōsistit. ¶ Itē p̄z ph⁹ 8. phisic⁹. i motu grauiū ꝛ leuiū p̄ncipale mouēs ē gr̄ans. q̄ dat formā p quā exequūt motꝰ ad quos determiata sē a gr̄ante. s̄ intellectꝰ dat uolūtati formā p quā mouet se. q̄ uolūtas mouet se p bonū intellectū. gº intellectus ē p̄ncipale mouēs i actu uolūtatis ē gº nobilior q̄ uolūtas. i actu āt nobiliōris potētie beatitudo p̄ncipalius cōsistit. ¶ Cōtra Ber li. d. li. ar. ñ multū post p̄ncipiū dicit rōes eē quodāmō pedisequā uolūtatis. uolūtas ergo ē nobilior rōe. gº i actu eius beatitudo p̄ncipalius cōsistit. ¶ Itē Anſel. d ꝛceptu v̄ginali. c. 4. dñiuꝫ totiꝰ regni aīe attribuit uolūtati. ex hoc arguo ut p⁹. ¶ Itē Hugo in soliloqo de arra sponse v̄sus p̄ncipiū loquēs aīe sue dīc,. Ego scio ꝙ uita tua dilectio ē. s̄ beatitudo ē uita aīe. gº maxīe cōsistit i dilectione ¶ Itē Hugo sup illd. 7o. c. āge. bierar. Feruidū calidū acutū ꝛ sup frigidū. dīc ꝙ dilectio supēminet sciētie ꝛ maior ē itelligētia. s̄ i p̄ncipaliori actu btūdo p̄ncipaliꝰ cōsistit. gº p̄ncipalius consistit i dilectione q̄ est actus uolūtatis q̄ i sciēdo l' itelligēdo q sī actꝰ itellectꝰ. ¶ Rº ꝙ beatitudo principaliter ē in actu uolūtatis q̄ intellectus. ut. n. superius dictū ē per eadē uirtutē p quā res mota ad terminū qescit i termio. gº p illā uirtutem per quam principalius mouetur ad terminum per illam principalius quiescit in termino. q̄uis autem moueatur homo in ultimum finem per intellectum ꝛ uolūtatē. principalius tñ mouetur i ipsum per uoluntatem q̄ p itellectū. quapꝛ Augº ul. d ci. c. 2ē. mouer attribuit amori di-

cēs ſic corp⁹ pōdere. ſic animus amore fer
tur quocūq; offert. illi etiā q ſunt ōrie opi
nionis expreſſe ꝺcedūt qꝺ ꝺilectio p̄emiet
cognitionē mouendo. g° p̄ncipali⁹ qeſcit
homo ī ultīo fine p actū uolūtatis q̄ intelle
ct⁹. ges aūt ī ultīo fine ē beatitudo. ⁊ p̄re
rea ſic it̄ hī⁹ ue charitas ē donū p̄ncipa
li⁹ ꝟ Aug⁹. iſ. de tri. c. i3. ita it̄ hītus p̄rie
charitas ē donū p̄ncipali⁹. ſz in p̄ria nobi
lioꝛ hī⁹ hēt nobilorē actū. g° pfecte uū ꝺi
ligeꝛ q ē act⁹ charitatis p̄rie ē nobiliſſim⁹
actus aīe. cū g° ī nobiliſſīo actu p̄ncipaliſ
ſime cōſtat beatitudo. ⁊ ꝺiligere ſit act⁹ uo
luntatis p̄ncipalius cōſiſtit ī actu uolūta
tis q̄ intellectus. ⁊ p̄reterea ꝺeus ē ultīus
finis maxime ſub ratiōe q̄ bonū. qꝺ pz qz
ex hoc creatura oꝛdinat̄ in ipz ut in finem
maxime eſt ī eis rō bonitatis ſicut pp hoc
q ipz reſpiciūt ut exēplar maxime eſt ī eis
rō ueritatis. ſz ꝺeus ſub rōe q̄ ſūmū bo
nū ē uolūtatis obiectū ſub rōe q̄ ſūmū ens
uel uerū ē intellectus obiectū. g° uolūtas
magis reſpicit ꝺeū ſub rōe finis q̄ intelle
ctus. ſz ꝺeus ſub rōe q̄ ultīus finis ē bea
tificās. g° ſub rōe q̄ ē beatitudinis obie
ctz p̄ncipalius tēdit ī ipz uolūtas q̄ intel
lectus. ⁊ ſi ſic. p̄incipalius cōſiſtit beatitu
do in actu uolūtatis q̄ in actu intellectus. ⁊ p̄rete
rea beatitudo principalius cōſiſtit in nobi
lioꝛis potētie actu q̄ in actu minus nobil̄. ſz uolūtas ē nobilioꝛ intellectu. qz in ſuo
actu cogi nō pōt. nec circa ea q̄ ſūt ad finē
neceſſitari. intellectus aūt cogi pōt ⁊ circa ea
q̄ ſunt ad finē neceſſitari magis ēt pōt trā
ſformare aīaz uolūtas' q̄ intellectus ⁊ ſuū
obiectū reſpicit ſub rōe nobiliori. bonū. n.
obiectū ē uolūtatis ēs obiectū intellectus.
rō aūt boni ē pfectior. tm̄. n. res hēt ꝺe bo
nitate q̄tū hēt ꝺe eo qꝺ ꝺebz habere. pfe
ctio aūt rei cōſiſtit ī hoc q hēt qcqd habere
ꝺz. rō aūt perfectiōis addita ēt ipz nobilita
t ſi ābitū eius non ōbit. ratio autem boni
non contrabit ens. real'r. n. ꝺuertunt ens
⁊ bonum. p̄incipalius g° cōſiſtit beatitu
do in actu uolūtatis q̄ ī actu ītellect⁹. ⁊ Ad
p⁹ ī opp⁹ ꝺō q minoꝛ ē falſa ⁊ p̄repoſitō
falſa q aſſūitur ad p̄obādū eā. rō. n. boni
tatis ita ē uniuerſalis ſicut rō ēt̄is. qz rō
ēntitatis eſt bona ⁊ rō bonitatis ē ēs. ⁊ ſi
cut rō ēntitatis circuit ōe ens. ita et rō boni
tatis. et tamē rō bonitatis nobilior eſt. qꝛ
eſt bona per ſe. rō entis eſt bona per rōem
bonitatis. illa aūt ē melior que eſt bona p
ſe q̄ illa que eſt bona p aliā rōnez. rō aūt
melioꝛ eſt nobilioꝛ. qꝛ ſicut ꝺicit Aug. 6. de
tri. c. 8. ī his q̄ ñ mole magna ſūt iꝺe ē ma
iuſ ⁊ melius. Ad 2⁹ ꝺō q⁹ q̄uis uolūtas ñ
poſſit exire aliquē actū ſine actu ītellect⁹.
ñ pp hoc tm̄ ſeqtur q⁹ intellectus ſit nobi
lioꝛ uolūtate cuius rō ꝺuplex ē. vna qꝛ ī
tellectus ī cōplemtū ſui actus nō cōſiſtit ī
cōpleta ſui formatiōe ñ pt niſi p uolūtatē.
vñ ꝺīc Aug⁹. 9. de tri. c. ul. q⁹ pti mētiſ añ
cedit appetitus quo id qꝺ noſce uolumus
querēdo ēt ⁊ inueniēdo naſcit̄ ꝓples ipa no
tīa. vñ ſic actus uolūtatis indiget actu
intellectus q̄tum ad ſui initium. ita ac
tus intellectus indiget actu uolūtatis q̄
tum ad ſui cōplementū. Et p̄terea uolun
tas cū cognitiōe modica pt ī magnū actū.
qꝺ pz qz hoc de lege cōi nō cognoſcimus
ꝺeu niſi mediate. ⁊ tm̄ ꝺiligimus ipz īme
diate. ſz intellectus nō pōt ī magnuz actū
cū debili aꝺiutoꝛio uolūtatis. ita q⁹ oīb⁹
penſatis pl'uniat̄ intellectus ī rectitudine
⁊ pfectione ſui actuſ p uolūtatē q̄ e ꝺ̄ſo.
maxime cū in his q̄ ſūt ad finem. uolūtas
